

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm|| Insectorvm

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCCLXVIII.**


**VD18 90529197**

Illustration: Tab. XXV. Scolopendrae Marinae Aldr [...]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11095**

Scolopendræ Marinæ Aldr.

Tab. XXV



Hirudines

Marinæ

Meer

Saugegel




Hirudines Marinæ Meersaugegel Aldr.



Lumbrici Aquatici seu Marini Meerwurm.










Lampret.



Stellæ

Marinæ Meerstern Aldr.





Mou 1  
434-

Rond  
fluvia  
440-

Aldro  
inf. L

dilutius illitae; corpus fuscum, vel magis cinereum. *Quinto* caput longe nigerrimum; corpus plane mallicorio simile. *Sextus* ~~axiephae~~ vi- detur, ea quam vides forma et colore cinereo. His omnibus oculi duri, picei, membrana vitri modo perlucida obducti, qui non minus continuo moventur, quam quadrupedum aures. Assultant illi protinus, ut Squillae pisces, in coitu, et ubi licentia audacia crevit, implent faemellam. Hoc tempus specula-  
tus index morsu levi significat: illa ore compresso quicquid inclusit exanimat, partemque socio tribuit: co-  
ēunt enim ore, cancerorum more et locustarum. Quem vero in Medicina usum fortuntur, nequeo ex scriptoribus vel Empyricis ullis, quibus vel ignoti Squillae vel de-  
specti videntur, recensere. Id ta-  
men constat, mense Aprili et Mayo, nihil ad pisces inescandos utilius ha-  
beri posse.

Moufet. 1.2.  
44. *Locusta* pisces imitatur. Colorem habet pallentem cum virore. *Scorpionum* palustum tria videntur, atque habuit genera Moufetus. Pri-

mus nigricabat nonnihil, reliqui arenam canticantem referebant.

*Notonecta* non ventre ut alia, sed spina innatant. Horum aliis oculi, scapulae corporusque nigricant, aliis virescunt, aliis pyropum, aliis pi-  
cem referunt. Raro duos ejusdem videris coloris.

*Cicadæ fluviales*, et ventris la-  
titudine et pedibus natant, utrinque tertos habent, postremi longissimi sunt. Hoc a terrestribus differunt;  
Rond. de  
fluviat. l. 28. quod capite sunt magis exerto, et cervicis aliquid habere videantur.

*Anthreno* fuscum ubique corpus, oculis piceis exceptis.

*Forficulae* idem fere color, sed magis saturus; carere oculis vide-  
tur, sed intus conditis cernit atque dijudicat objecta.

*Lacerta* varii coloris est, et pisca-  
torum gaudet intuitu. Circa rupes Britannicas non infrequens, ubi pi-  
scibus insidiatur.

*Corculus* cordis effigiem, pedi-  
bus capiteque demptis, scite expri-  
mit. Ocellos habet peregrinos et  
negros; tibias sex concolores,  
duobus digitis instructos.

## ARTICVLVS II.

### De Musca aquatica, Cantharide, Scarabaeo, Tipula, Attelabo Arachnoide, et Ligniperda.

Rondel. de  
fluvial.  
44. *De Musca aquatica* ita Rondele-  
cius. Muscas volantes, in aquae extremitate saepè vidimus aë-  
estate. Oculis sunt magnis pro cor-  
poris magnitudine, dorso rotundo,  
ventre plano, senos habent pedes,  
posteriores majores ad corpus in-  
aqua impellendum. Inter natandum geminas alas extendunt. Qua-  
re et in aëre volare, et in aqua natare possunt. Natant ventre in coe-  
lum converso, contrario situ volant.  
Vtrumque per vices faciunt. Ven-  
ter lineis nigris et viridibus distin-  
guitur, his pisces insidiantur.

Vide vero quae de his in *Muscis* diximus.

Aldrov. H.  
lib. 17. c. 1. *Cantharides*, in paludibus circa la-  
cum prope Bononię, reperiuntur,  
quae per superficiem (placet haec

et sequentia verbis Aldrovandi de-  
scribere) aquae modo irrequieto  
hic illuc circa eundem fere semper  
locum mira celeritate se trajiciunt:  
nec in summo tantum, sed etiam  
profundius feruntur. Magnitude,  
et forma Cimices referunt. Cru-  
scula sena habent subruffa. Vagi-  
nae e nigro virides, praesertim ad  
solem, et splendentes alas tegunt sed  
non penitus, ad caudam enim ala-  
rum extremitas prominet, quae cum  
in aqua celeriter feruntur ut solent,  
mirabili candore, splendoreque con-  
spicuo argentum vivum, quodam-  
modo refert: Vnde, et Pygolam-  
pides si quis appellat, nomen ipso-  
rum naturae conveniens posuerit. In  
aërem si prorepserint, volare etiam  
possunt. Icon earum haec est. Cum  
D d d 2 de